

R E C T O R
ET CONSILIUM PERPETUUM
IN ACADEMIA LIPSIENSI.

Nter alios labores Herculis, ille, quod hydram domuerit multipitem, non ultimo loco venit habendus. Cum enim, capite uno resecto, nova subinde repullulasceret, fieri aliter non poterat, quam ut labor unus alterum è vestigio exciperet & provocaret. Quod si detestandi mali Pennalistici (si nomen φοβηκώτατον etiamnum audire licet) abrogationem successivam non per transfennam inspicimus, de ista residuam adhuc proverbialem locutionem, ὕδραν τέμνεις πολυκέφαλον καὶ ἀναβλαστάνουσαν, non incongruè quis usurpare posset. Per publicam relegationem, & pro gradibus delictorum, exclusionem ex devotis capitibus, ne suo contagio bonis intertrimento essent, non unum amputavimus, sed tamen adhuc alia subnasci priorum in locum subeuntia non sine gemitu experimur. Esto: sit labor Hercules hoc penitus subigere monstrum, non tamen despondendus est animus, non latum, quod dicitur, unguem à tramite constantiæ deflectendum, donec ex imis fibris cum omni seminio malum hoc Satanicum excindatur. Actionibus Pennalisticis tum hinc, tum alibi nobiles se quoque fecerunt, qui per ætatem exorbitantes alios ad frugem meliorem revocare debuissent

JOHANNES FRIDERICUS Raube / Hebergensis,
MARTINUS Jenichen / Budissinus &
MICHAEL POPPE, Servestanus,

quorum hic pravo gaudens sodalizio vestitu lacero & Pennalistico hæcenus incessit, signa studiosis communia iterum abjecit, seque pro Pennali gessit; iste non salutantem vulpeculæ nomine aliisque despiciatui habuit; ille propter defectum absolutionis concivem & comilitonem non veritus aliorum præsentiam injuriosis verbis & contumeliosis factis aggressus est, & cum lautum peccatum suum venit, lutum luto pennalismo frigidam magis suffundens absterxit. Latari quidem Nobis videbatur hæc Respublica literaria, quod hæcenus tot peccates evomuerit, forasque projecerit, sed tamen cum adhuc reliquias superesse videamus, ut ab his quoque corruptus integrum præservetur, nervis omnibus est annitendum. Quare propter hæc facinora, inprimis contemptum tot interdicatorum severissimorum, propter tot commonefactiones insuper habitas, & pœnas exemplares flocci pensas, ex quibus desperatam propemodum malitiam colligimus, Nos disciplinæ, fidei ac boni publici tenaces Te

JOHANNEM FRIDERICUM Raube / ad biennium
Vos verò, nominatim
MARTINUM Jenichen / & Te
MICHAEL POPPE,

Vos, inquam, duos posteriores ad unius anni spacium ex hac Academia relegamus, ut absque interposita mora, si publicationem sententiæ fugâ nondum antevertistis, portâ exeatis, nec ante præterlapsum terminum vobis fixum in hunc locum pedem referatis, nisi pœnas incurrere graviores velitis, his ipsis præcipientes. Iis verò, qui forsitan adhuc post carecta latent in locum jam relegatorum per occasionem subituri, ut ad meliorem mentem redeant, & edicto Pennalismi cassatorio sese per omnia conforment, edicimus. Futurum siquidem, ut quicquid suppullaverit, eundem in modum ab hoc corpore Academico separetur. P. P. X. Cal.
Qvint. anno M DC LXII.

RETIOR

Служба М Д С Т У И

... вое собого ... в б х ...

МАНУЕМ РОХЪ Е


МАНУЕМ РОХЪ Е

МАНУЕМ РОХЪ Е

Служба М Д С Т У И

... вое собого ... в б х ...





R E C T O R
ET CONSILIUM PERPETUUM
IN ACADEMIA LIPSIENSI.

Nter alios labores Herculis, ille, quòd hydram domuerit multi-
 ubinde re-
 xciperet &
 mnum au-
 ista resi-
 w, non in-
 elictorum,
 vimus, sed
 labor Her-
 quod dici-
 tur, ungvem à tramite constantiæ defleclendum, donec ex imis fibris cum omni leminio malum hoc Satani-
 cum excindatur. Actionibus Pennalisticis tum hie, tum alibi nobiles se quoq; fecerunt, qui per ætatem,
 exorbitantes alios ad frugem meliorem revocare debuissent

JOHANNES FRIDERICUS Raube / Hebergensis,
 MARTINUS Jenichen / Budissinus &
 MICHAEL POPPE, Servestanus,

quorum hic pravo gaudens sodalitiu vestitu lacero & Pennalistico hætenus incessit, signâ studiosis communia
 iterum abjecit, seq; pro Pennali gessit; iste non salutantem vulpeculæ nomine aliisq; despiciatui habuit; ille
 propter defectum absolutionis concivem & comilitonem non veritus aliorum præsentiam injuriosis verbis
 & contumeliosis factis aggressus est, & cum lautum peccatum suum venit, lutum luto pennalissimo frigidam
 magis suffundens absterfit. Latari quidem Nobis videbatur hæc Respublica literaria, quòd hætenus tot pe-
 stes evomuerit, forasq; projecit, sed tamen cum adhuc reliquias superesse videamus, ut ab his quoque cor-
 pus integrum præservetur, nervis omnibus est annitendum. Quare propter hæc facinora, inprimis contem-
 tum tot interditorum severissimorum, propter tot commonefactiones insuper habitas, & pœnas exemplares
 flocci pensas, ex quibus desperatam propemodum malitiam colligimus, Nos disciplinæ, fidei ac boni pu-
 blici tenaces Te

JOHANNEM FRIDERICUM Raube / ad biennium
 Vos verò, nominatim
 MARTINUM Jenichen / & Te
 MICHALEM POPPE,

Vos, inquam, duos posteriores ad unius anni spacium ex hac Academia relegamus, ut absq; interposita mora,
 si publicationem sententiæ fugâ nondum antevertistis, portâ exeatis, nec ante præterlapsum terminum vo-
 bis fixum in hunc locum pedem referatis, nisi pœnas incurrere graviores velitis, his ipsis præcipientes. Iis
 verò, qui forsân adhuc post carecta latent in locum jam relegatorum per occasionem subituri, ut ad meliorem
 mentem redeant, & edicto Pennalismi cassatorio sese per omnia conforment, edicimus. Futurum siquidem,
 ut quicquid suppullulaverit, eundem in modum ab hoc corpore Academico separetur. P. P. X. Cal.
 Quint. anno M DC LXII.